


Johann Affelmann Heidenreich Kirchovius

## **Synopsis Controversiarum De Sacra Domini Coena**

Rostochii: Pedanus, 1611

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737661917>


Druck Freier  Zugang



F. Affelmann

R-M. theol. 1611.16







γυντοθεο  
Σ Ε Ν Τ Ο Ε Ω

Synopsis

Controversiarum

DE

SACRA DO-  
MINI COENA

*In Celeberrimâ Academiâ Rostochianâ*

*Loco Disputationis Anniversaria*

PROPOSITA

à

JOHANNE AFFELMANNO

SS. Theol. D. & Professore

RESPONDENTE

HEIDENRICO ~~KIRCHOVIO~~

Hervordienfi Westph.

Ad XVI. Novembris in Auditorio magno  
horis à sextâ matutinis.



ROSTOCHII

Typis JOACHIMI PEDANI, Anno

M. DC. XI.







## DE SACRA DOMINI COENA,

**D**e capite omnium bonorum, de magno isto, inficientur licet, Oecolampad. Danæus, Spindler, Marpurgenses, Herbornenses, miraculo, de magno isto, extenuent licet, Cinglius, Scottitzæ, Castellani, Bremenses, fidei nostræ articulo *εὐθὺς* disputaturis, visum est disputationem nostram includere certi Syllogismi periodo.

2. Scilicet: Illud in præsentia materiâ acceptandum, quod suum in Nomenclaturâ Sacrà, adeoq; in testamentarijs primâ *διατάξεως* hujus Sacramenti tabulis invariata trium Evangelistarum descriptione, & Paulinâ repetitione fideliter nobis commendatis, habet fundamentum, à quibus quod deviat, id omne ceu adulterinum sequestrandum.

3. Assumo: At dogmata Ecclesiarum nostrarum uniformia in præsentia materia, libris Symbolicis expressa, libris invariatis istis, inibi habent fundamentum. Dogmata uniformia dico: nam dissensionis à Turriano, Salmerone, Edero, Præxolo, Pareo, Ubero, Thalmanno, Posslevino, Lampadio & Embdenfibus objecta, nobis non sumus conscij.

4. Deviant autem heterodoxa ijs opposita:

5. Quæ sunt, vel in appellationibus rei vel in ipsa re.

6. In appellationibus, Scripturæ vel consentaneis vel dissentaneis.

7. Consentaneis: Cœna, Testamenti, Sanguinis. Quatum primam Iesuvitæ Dilingenses, Petrus à Soto, Gregor. de Valentia exagitant, eandemq; Marpurgenses & Heidelbergenses salvis hypothesebus retinere non poterunt, quin idq; necessitate inevitabili morem Ecclesiæ primitivæ reducant, quæ, ut è Plinij patet Epistolis, noctu celebravit Sacrum hoc epulum. Secundam Calviniani pleriq; sugillant, è quibus Neostadienses nobis ideo scribunt forte in ore esse Testamentum Christi, quia vocabulum sit Epiritricum, dissonaicum, numerum habens oratorium, ad percellendos animos auditorum gravitate dictionis idoneum. Tertiam ita Antischachtiani excipiunt, ut eâ I. Ioh. 5. v. 8. Sacramentum hoc denotari strenuè negitent.

8. Dissentaneis: quæ petuntur vel à subjecto, qualis est appellatio altararis in relatione ad sacrificium proprie sumptum sic dicti, vel ab actionis forma sineq; qualis est appellatio Sacrificij, itemq; Missæ: in quâ posteriori explicanda Iesuvitæ nimium quantum hucusq; variant! Sed tamen appellatio-



res has à fecibus Pontificijs purgatas, & ex antiquitatis Scholâ dextrè explicatas, non est ac cum Calvinisequis supercilio plus quam Critico fugilemus.

9. In ipsa re: Primò circa definitionis genus, quando pleriq; Papisequis ad predicamentam substantiæ Cœnam referre: Pleriq; Calvinisequis Cœnam actionem esse impugnare, horumq; prædecessoris Bodenstein & Cinglio Cœnam Sacramentum dici posse extremè negatum ire placuit.

10. Dein circa causas Cœnæ vel extræ causas.

11. Circa causas Ut Efficientem eamq; instrumentalem instituentis respectu, circa verba Institutionis, cum quidam Sacramentarij In actione Cœnæ Dominicæ ea non recitant, cum ex his controversiam Sacramentariam decidendam negant Tigurini, Calvin. auctores orthodox. consens. Et eorundem verborum, quantum continent non facta, sed de S. Cœnæ substantiâ dicta, proprietatem grammaticam, cum sociionis, non sine ingenti disensione impugnant, hoc est, Himenesi, Phileti, Arj, Pelagiorum, Pontificiorumq; ingenio verba sedis ordinariæ Tropis lenienda existimant.

12. Specialius: In propositionibus testamentarijs vocem Hoc primo impugnat Andreas Bodenstein, bellum Sacramentariam anno 1524. exorsus. & cum eo sibi contrarius Beza, itemq; è Papalibus Occam & de Aliaco, quibus Hoc in verbis (Hoc est corpus meum) est demonstrativum tantum corporis, Hoc quod Hic. Calvinus enim affectis ea particula solum intelligit panem: Pistorius panem transcreatum. Bellarm. demonstrationem ait propriè pertinere ad species, quorsum & refero Petrum de Palude Patriarcham Hierosolymitanum. Alias autem vetustiorum Pontificiorum  $\phi\lambda\omega\sigma\iota\sigma\tau\epsilon\varsigma$  modernè rejiciunt.

13. Vocem Est tropo eviserat Cinglius, & qui eum magno numero sequuntur, è quibus Piscator nuperis publicitus revocando huic opinioni remisit nuncium. Cum Cinglio è Pontificijs factum Johannes Teutonicus, & Bartholomæus Brixienfis.

14. Voces Corporis & Sanguinis, duce Calvino sibi ipsi contradicente, tropo adulterant nunc plures, & Spiritui S., quod nota, contrarietatem tribuunt, apud Matthæum & Marcum sanguinem intelligendo tropicum, apud Lucam & Paulum, proprium. Quæsi ut se explicent, nonnulli actum primum valent poni pro secundo, Danæus, Grynæus, Molinæus, Quæsi idem, quem actum secundum, quam  $\epsilon\upsilon\lambda\omicron\gamma\epsilon\alpha\upsilon$  intelligant; diversimode respondent: aut intelligi  $\epsilon\upsilon\lambda\omicron\gamma\epsilon\alpha\upsilon$  salutem promerentem, Sic Cinglius, aut promerentis  $\epsilon\upsilon\lambda\omicron\gamma\epsilon\alpha\upsilon$  merita per applicationem collata, Sic Ramus, aut ipsam  $\epsilon\upsilon\lambda\omicron\gamma\epsilon\alpha\upsilon$  applicationis, Sic Molinæus. Nonnulli, ut Oecolamp. Lamp. Sadel. Piscator Herborenfis.

CITIA.



circa annum 700. & 751. damnatam heresim ab Orco revocando, Corporis & sanguinis intelligunt memoriale. Nonnulli, ut Heidelbergenses idem probant, sed ita, ut addant simul intelligi Corporis & sanguinis obnotationem. Nonnulli, ut Marpurgenfes in annotatione Pezelij sequuti, addant insuper & hoc, denotari simul mediū exhibitionis. Nonnulli ut arma subministrant Pontificijs, per prædicata hæc totam intelligunt personam cum beneficijs Sic Zanchus cum Castellanis, Beza, Prætorio. Cinglij hypotheses vide sis in expositione negot. eucharist. accuratè, habebis Armeanam, sententiam, naturam intelligi divinam, habebis inauditum in audite Synecdoches partis pro parte exemplum.

15. Vocem Quod complures Calvinisæ quæ exponunt tantum per Quatenus.

16. Et in Phrasi apud Lucam: Poculum est N. Test. &c. Spiritum S. ad violatas proprietatis & elegantie leges revocant. Vbi sunt, qui ita rem explicant, ut novi videantur dogmatis existere auctores: Tria esse in S. Cæna Sacramentaliter bibenda, nempe Novum Testamentum, vinum, & Christi sanguinem.

17. Verbis singulis relictijs, alij ita glossantur, ut tropum collocent in propositione ista: alij ita, ut ad Logices se recipiant subsellia, oggannientes, esse propositiones hæc Sacramentales improprias logicas, quo ipso præscam heresim celebris cujusdam circa annum 1352. dogmatista, Vuiclefi dico, revocant.

18. Idq; ut possint eò plausibilis, scriptitant, per omnia esse eandem rationem propositionum: Hoc est Corpus meum: Hoc poculum &c. Et Panis est Corpus meum: Vinum est Sanguis. In posterioribus Sacramentaliter acceptis, inusitatam prædicationem disparati de disparato rejiciunt, qui & aliàs de prædicationibus inusitatis doctrinam vel cineribus Aibnæ absorptam esse percuperent.

19. Tropificas artes inprimis etiam Paulinis istis applicant, quæ leguntur 1. Cor. 10. v. 16. c. 11. v. 27. 29.

20. Circa Instrumentalem respectu nostri Pontificij duplicem requirunt ministrum, alterum consecrationis, alterum collationis. Vide Valentianum, Suarezium. In utroq; characterem singularem, Antichristi puta, & simul in ministro consecrationis intentionem necessariam, distinctione fabricata, inter intentionem ministri habitualem, actualem & virtuaalem.

21. Calviniani communiter causas subordinatas, principalem dico & instrumentalem, opponunt, ad hæc cū novellis Ariano-Phorinianis instrumentalem subornant spuriam, administrationem Cænæ etiam Laicis concedentes. Vide Calv. l. de for. administ. fac.

Tum



22. Tum Circa causam materiale[m], idq[ue], vel in signis vel signatis.

23. In signis: vel singulis vel conjunctis.

24. Singulis: Nempe pane: cum 1. contra Panes nostros, immò, ut ajunt, non panes, orbiculares istas placentulas, quibus utimur, multis tonant & sonant multi Calviniseque, quasi ijs. (cujusdam verbo) quippe numeralijs, non tam mortui Christi: quam prodentis Iudæ memoriam instituemus: cum 2. circa panis substantiam eriticeam, nimis rigidi quidam Pontificij, imprimis Sautius de Porta: cum 3. circa panis qualitatem azymusne debeat esse panis an fermentatus necessario, digladiantur hodieq[ue]. Græci, Iesuitæ, Calviniani: cum 4. circa panis quantitatem, minorem quam quæ videri possit, usurpari posse, scribunt Dominicus à Soto, Gregor. de Valentia. Quos omnes superasse videri possint Peputiani, qui pani adjugebant Caseum, Cataphryges, qui farinam humano sanguine, Manichæi, vel ut audire malebant, Mannichæi, qui humano miscebant semine.

25. Nempe vino: cum olim Ebionitæ, Tatiani, Aquarij specie sobrietatis, solam in Cœna adhibuerunt aquam, cum hucusq[ue] mixtionem Alexandrinam, quæ vino affunditur aqua, non tantum congruam, sed & multi Pontificij volunt esse necessariam, vel ut nunc loquuntur, eam non posse sine gravi peccato omitti. Unde variæ juxta & discrepantes de conversione aquæ inter eos opiniones.

26. Conjunctis: nempe pane & vino, cum aliam loco panis & vini usurpari posse materiam concedunt Papicolæ, Bezitæ, alijq[ue] de quibus Bredembach & Bonfinius, ducibus Ascodrutis: & cum Papicolæ transcreationis finem tum varijs etiam contrarijs modis explicatum, periculosarumq[ue] questionum, de quibus ipsinet Pontificij non sine dissensione, fragile fundamentum, introducunt. Porro & novam quandam Cinglicolæ transsubstantiationem introducere videntur, panis dico in vinum, vini in panem. Scribunt enim Corpus Christi ideo accipi, quia signum ejus accipitur, Sanguinem quia signum sanguinis. Scribunt & hoc, in priori cœna parte sanguinem, in posteriore Corp[us] Christi sacramentaliter accipi, quia prædicata ista totam personam novent. Ergo & signum sanguinis, vinum, in priore, signum corporis, panis, in posteriore Cœna parte accipietur, Ergo aliqua sui parte panis transsubstantiabitur in vinum; vinum in panem, ergo novam transsubstantiationem introducunt Cinglicolæ.

27. In signatis. Res signatas, Corpus & Sanguinem Christi verè adesse negunt Ap[osto]lica, præeunte Simone Mago. In hoc ordine fuere aliquando cum pluribus Papistæ, nunc cum Photinianis Anabaptistæ; Nasonistæ, Calvinistæ. Neq[ue] enim præsentiam veram timentur hi postremi, quicquid prætem-

dant,



dant, quin, ne quidem Christum corpore & sanguine suo in Cœna presentem esse posse contendunt, adeo ut ejus contrarium nos è peregrinis locis, ex articulo Incarnationis & similibus, qui etiam de omni præsentia Christi secundum carnem repletivâ testantur, non nisi peregrinè demonstrare existiment.

28. Nimirum in cœlo volunt apprehendendam esse Christi corpus & sanguinem, in quo, Calvinistico-sensu licet definito, tamen esse non credunt. Nam: Qui plane & simpliciter negant Christum esse in mundo, negant eundem stylo Calvinii esse in cœlo; quia cœlum (Calvinisticum) mundi pars est, At negant hoc Calviniani, Herborenenses præcipuè, & illi qui olim in Gallijs. Ergo.

29. Apprehendendam sursum, non sursum, in loco uno, non uno. Nempe acerrime pugnant CHRISTUM esse supra nos in uno cœli loco, ac propterea jubent fideles per universum mundum sursum fide ascendere, atq; ibi præsentem Christum amplecti: quapropter si simul in orientalibus, occidentalibus &c. locis debent Christum supra se apprehendere, statuetur Christum cum corpore & sanguine, simul in multis locis: aut certè jubebuntur alij fidelium Christum querere in cœlis infra se, alij dextrorsum, alij sinistrorsum, alij ante, alij pone &c. aut innumeri istorum longissime aberrabunt, & vacui jejuniq; sine perceptione Corporis & Sanguinis Christi ventosis suis inflati cogitationibus turgentibus domum redibunt.

30. Fidem præsentia caussum esse posse, fingunt quidam ex ijs, qui & novam Idololatriam propagant; tot faciunt Christos; tot Deos, tot Empyraos cœlos; quot capita Calvinianorum opinionibus oblimata.

31. In signatis itidem connexionem naturalem fabricant Papicolæ, quâ fiat, ut sub specie panis non modo corpus, sed & sanguis, sub specie vini non modo sanguis sed & Corpus Christi manducetur & bibatur.

32. Dein circa causam Formalem, adeoq; totam à Christo mandatam actionem, consideratam vel respectu exhibentis ministri, vel sumentis convivæ.

33. Respectu exhibentis, pronuntiatis verbis institutionis Jesuvitæ vim tribuunt absolutam, consecrationem, quam, murmurando in parte Missæ teritiâ; linguâ peregrinâ peragi volunt, cudent cum de Senis analogicam, cum Biele Magicam: Insuper ad eandem consecrationem, Canonem Pontificium annis amplius 380. à Christo nato primum inchoatam, 600. demum perfectum, falsitatibus certè refertissimum Colonienenses quam maximè requirunt, utq; benè constet consecratio, particulam entis ad partem priorem adjiciunt, qua de re legatur Salmeron. Rell: qua Institutionis verba à Consecratione, positionem propriarum partium memores, sejungunt.

Calvi-



34. Calvinisequæ Consecrationem ordinatam aliquando suæ, deq; Herbornensis Piscator, subtilior scilicet Consecrationem in Cæna desinit, ut sit nil aliud quam gratiarum actio pro beneficio redemptionis, additq; Iudaizans Papizansq; benedictione mysticè, hoc est, typicè significari oblationem precum pro electis. Iob. 17.

35. Fractionem autem panis in particulas à ministro requirunt Calvinisequæ, necessitatis prætextu, in medio Cæne actu, cum discrimine tamen, nam fractionem hanc, Cæne faciunt quidam partem, Iesuvitis adplaudentibus, integram, quidam essentialem, quidam utrumq; tumentur. Est qui noviter sic loqui voluit, esse partem essentia non essentialem.

36. Insuper ductu Pontificiorum & Photinianorum seducti, oletans analogiæ fractioni panis annectunt, quasi fractio ista representet fractionem Corporis Christi, adeoq; & fusio vini effusionem Sanguinis, sed non sine contradictionum mari.

37. Analogijs student, intempestivè admodum, tum etiam, cum quæ aliàs inter signa & signata, analogica aptè improbari non possunt, isti ad Cæne formam ineptè referunt.

38. Quid? Fractionem istam licet sine analogiâ sub necessitatis opinione, prætextu præcepti Christi à Magistratu Politico propositam, recipiendam consent.

39. Respectu sumentis, Pontificij rentur à convivis symbola ob sanctitatem manu non rectè apprehendi, id quod ne mulieres facerent Synodus Antisiodoransis circa annum 614. decrevit. Calviniani ut plurimum apprehensionem istam vi mandati putant necessariam, & apprehensioni cum Antonino annuunt analogiam.

40. Perceptionem verò Sacramentalem, in cum sub pane & vino, Corporis & Sanguinis Christi, non externam volunt oris, ut nec hæretici plures, scilicet internam, & si Prætorio credendum, externam fidei.

41. Edere ergo & bibere in verbis Institutionis respectu rerum signatarum (ad quas tamen verba hæc referri debere negant Marpurgenses) Singlius, Bullinger, Martyr explicant per Credere: quanquam reclamant Calvinus, Danæus, qui putant ista differre ut prius & posterius. Herbornenses in contemplatione subsistunt.

42. At verò, si accurato rem astimes calculo, Calviniani neq; Sacramentalem,

43. Neq; Fidei Spiritualem,

44. Neq; ullam aliam, cum Nasonistis & Photinianis novellæ, corporis & sanguinis Christi in Cæna credunt perceptionem.

Sed



45. Sed & Huberus Sacramentalis manducationis definitionem ever-  
sit, quem vide in Manducatione edit. ann. 97. p. 60. 61.

46. Calviniani desuper, ijs presuppositis, indignorum, de quibus sermo-  
nem non esse Apostolo 1. Cor. 11. dicunt Antischismatici, Herbornenses, indigno-  
rum puta, juxta formulam anno 36. definitorem, corporis & sanguinis Chri-  
sti, ausim & hoc dicere, panis & vini in Cœna perceptionem negant.

47. Item, Sacramentum ponunt absq. Corpore, judicium absq. judice.

48. Presbi autem, indignorum manducationem concedentes, indignos de-  
finiunt esse vel in fide infirmos, vel in officio non satù assiduos, stylo in selidam  
Papistica.

49. Formam quoq. deformantes Pontificij (olim hisce in oris homo inge-  
nij parum ingenui Saligerus) fieri docent unionem ante perceptionis actum.

50. Vnde absurditatum sentina: Inclusio, assertatio, Festum Urbani,  
elevatio, cujus analogias propinquiores habet Ferariensis, remotiores Holem.

51. Vnde & ἀπολογία. Vbi hoc quoq. annoto, regnante in verbis Cœnæ  
Calvinianorum Metaphora, & concurrente Metonymia, novam ἀπρόσφορον  
repullulato, Pontificiorum Idolo funestiorum.

52. Deniq. circa causam Finale[m] Cœnam nec prodesse nec ledere  
Messaliani docebant.

53. Papiseque finem assignant notum, non generalem modò cum Sacra-  
mentis omnibus, sed & specialem, idq. vel respectu singularum vel multorum.  
Vide Salmeronem, de Kempis, Orosium, Bellarm. Exemplo: Concilij VVorma-  
tensis Patres ad explorandum delictum, Eucharistiam hanc adhibere.

54. Præcipue Cœnam faciunt sacrificium externum, proprie dictum.

55. Idq. ob applicationem, propitiatorium.

56. Idq. pro mortuis etiam peragendum.

57. Vnde Missæ privatae, & votiva.

58. Insuper, pland finem S. Cœnæ enervant Anabaptistæ, Nasonistæ, Pho-  
tiniani, imprimis fidei confirmationem: neq. verò de sine Cingiani recte sen-  
tiunt, qui causam instrumentalem principali opponunt.

59. Extra causas Cœnæ, de subjecto ita senserunt Ophite, ut panem Cœ-  
næ, primum serpenti ad altare alto lambendum præbuerint.

60. Christum ipsum elementa benedicta panis & vini sumpsisse sunt &  
Calviniani & Papistis qui affirmant:

61. Iudam autem institutioni Sacramenti interfuisse, sunt ex iisdem qui  
negant.

62. Præterea ~~non~~ ~~quodam~~ ~~modo~~ ~~in~~ ~~his~~ ~~re~~ ~~sp~~ ~~ect~~ ~~u~~ ~~Lat~~ ~~in~~ ~~o~~ ~~rum~~ ~~re~~ ~~sp~~ ~~ect~~ ~~u~~, tucuntur Papistæ, cum pos-  
sunt



simis istis hereticis, quos aliquando Leo I. vel cum ejusdem farinae alijs, quos post eum compeſcebat Papa Gelasius.

63. Etiam cibitos à Sacro hoc convivio arcendos esse inculcant.

64. Extra causas Cœnæ pariter rituum crepitacula urgent Pontificij, è Paganismo & Iudaismo non minima parte desumpta, ubi tamen dixeris & Marcum hereticum vocatum fuisse in consiliis.

65. Calviniani, in circumstantiis & ceremonijs extremè dissentientes, magno numero, de Loco quo Cœna celebranda cum novellis Photinianis ita sentiunt: ægrotis in ipsorum ædibus Cœnam non esse administrandam, ab altari- bus autem quibuscumq; vasis aureis vel deauratis sub Papatu adhibitis, etiam vestibus & cereis in Ecclesijs quibusdam nostris usitatis se abhorrere simulant.

66. Præterea: olim plures tempus quo S. Cœna necessario celebranda præcisè desinire voluerunt, & volunt etiamnum Papistæ, Anabaptistæ.

67. Concludo nunc: Ergo dogmata Ecclesiarum nostrarum acceptanda, alia recitata quæ ab ijs deviant, cum adulterina sequestranda sunt. Cujus assertionis veritatem, quotiens res postulaverit, in ipsa doctrina demonstrabimus.

#### ΕΠΙΜΕΤΡΑ.

1. Quæsitum est, an Cœna Domini Fractionis panis voce in Sacris Act. 2. & 20. denotetur. Adfirmant Papicolæ, Calvinicolæ, & cum ijs veteres & recentiores orthodoxi Theologi non pauci, extra certamen constituti. Nos apodicticè id demonstrari posse pernegamus, Calvinianos autem proprijs hypothesibus ut idem nobiscum fateantur cogi posse, adfirmare non dubicamus.

2. Corpus Quod pro vobis Frangitur 1. Cor. II. Quid hoc? Multi ex Orthodoxis, inter quos olim Ignatius Johannis Evangelistæ auditor, explicant pro distributione Corporis Christi in Cœna. Quam interpretationem ut suo loco relinquimus, sic existimamus verba apud Apostolum exponi posse ita: ut frangi sit in mortem ignominiosissimam & gravissimis doloribus conjunctam tradi, qualis illorum esse solet, quorum crura franguntur. Quam explicationem, ne de novitate conqueri possit Schönfeldt, sciat esse ipsorummet Calvinianorum cum aliorum, tum & Vestphalorum Prætorij Homil. 7. Heidelbergensium Rennecheri super Psal. 1.

3. In voce Poculi quidam ex Orthodoxis tropum concedunt, sed vix videtur necessarium.

4. Rogas: An minister verbi sibi ipsi hoc Sacramentum porrigere debeat? Censemus satius esse, nã regnet urgens necessitas, ut sumat ab altero.

5. An verò à Publico Sacramentario & alio Pseudodoctore accipere licitum? N.

Quid



6. Quid cum abstemijs, an ijs una species tantum porrigenda? Sic volunt Pontificij, sed contra hypotheses proprias. Putamus, abstemijs esse abstinendum. Nam Practicorum istorum Consilium probare non possumus, qui suadent ut post pronunciata Cœnæ verba è calice tantum guttula una aut altera in aquæ portionem mittatur, & abstemio prabeatur.

7. Quid cum eo, cui cum proximo lis intercedit? Distinguendo rem omnem expediam.

8. Errant qui infantibus Cœnam exhibendam censent, ut Augustini, Cypriani & Innocentij Papæ tempore in Africa & Europa infantibus exhibitam esse annales testantur. Errorem hunc sequuntur Hussitæ, è Calvinianis quoq; aperte Musculus.


9. Errant qui Audeanorum ingenio, excommunicatos & enormes peccatores ante manifestam pœnitentiam, Sacramentarij dogmatis affeclas, mente captos, Phreneticos ( nisi dilucida amentie intervalla appareant ) admittunt, item mutos & surdos sine discrimine rejiciunt, ubi practici isti exorbitant, qui pro consecratâ non consecratam mutis, surdis, putant porrigendam hostiam.

10. Demum: Est Doctoris cujusdam Theologi. P. E. sententia: Duo esse genera indignorum, alterum impœnitentium in Ecclesiâ, qui accedentes ad mensam Domini accipiant Corpus & Sanguinem Domini; alterum impœnitentium extra Ecclesiam, qui accedentes non accipiant. Queris an ea vera? Nego.

Τῶ Θεῶ δοξα.

















45. Sed & Huberus Sacramentalis manduca-  
tio, quem vide in Manducatione edit. ann. 97. p.

46. Calviniani desuper, ijs presuppositis, indi-  
cunt non esse Apostolo 1. Cor. 11 dicunt Antischa-  
sticum puta, iuxta formulam anno 36. definitorum,  
sibi, ausim & hoc dicere, panis & vini in Cena per

47. Itemq; Sacramentum ponunt absq; Corpo

48. Presbi autem indignorum manducationes  
finiant esse vel in fide infirmos, vel in officio non sac  
Papistica.

49. Formam quoq; deformantes Pontificij (ol-  
nij parum ingenui Saligerus) fieri docent unionem.

50. Unde absurditatum sentina: Inclusio, a-  
elevatio, cuius analogias propinquiores habet Fera

51. Unde & apocrypha. Vbi hoc quoq; annoto:  
Calvinianorum Metaphora, & concurrente Meta-  
repullulare, Pontificiorum Idolo funestiorum.

52. Deniq; circa causam finalem Cena  
Messaliani docebant.

53. Papisequa finem assignant nothum, non g-  
mentis omnibus, sed & specialem, idq; vel respectu  
Vide Salmeronem, de Kempis, Orosium, Bellarm. E-  
tiansis Patres ad explendum delictum, Eucharistica

54. Praecipue Cenam faciunt sacrificium exp

55. Idq; ob applicationem, propitiatorium:

56. Idq; pro mortuis etiam peragendum.

57. Unde Missae privatae, & votiva.


58. Insuper, plane finem S. Cena enervant  
tiniani, imprimis fidei confirmationem: neq; verid-  
ciunt, qui causam instrumentalem principali oppon-

59. Extra causas Cena, de subjecto ita sensen-  
nae, primum serpenti ad altare alto lambendum p-

60. Christum ipsum elementa benedicta panis  
Calviniani & Papistis qui affirmant:

61. Iudam autem infirmitati Sacramenti in-  
negant.

62. Praeterea non solum Leviticorum respectu



em ever-  
um sermo-  
indigno-  
uinis Chri-  
at.  
q; iudice,  
dignos de-  
in solidam  
omo inge-  
actum.  
m Urbani,  
res Holem-  
rbis Cane  
prolati  
nec ledere  
um Sacra-  
mulatorum-  
VVorma-  
te.  
licium:  
niste, Pho-  
recte sen-  
anem Ce-  
isse sunt d  
ysdem qui  
cum pos-  
sima